



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 74. Fœdus inter Galliarum Regem & Matthiam Regem Hungariæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

Sæcul. XV. mes Legatus ad Carolum a Duce missus
A. C. 1487. accepit. Hæc rerum facies plurimum
 valebat, ut tandem Rivennarum Mare-
 scallus firmiter sibi persuasum haberet,
 Gallos nonnisi Britanniam occupandi cu-
 piditate stimulatos præsens bellum incho-
 aasse; unde ab eorum partibus penitus se-
 cessit, illiusque exemplo quam plurimi
 Britanniæ Proceres permoti ad Ducis sui
 obsequium redierunt.

§. LXXIV.

Fœdus inter Galliarum Regem & Matthiam Regem Hungariae.

*Bonfin. lib.
4. dec. 7.*

Carolus Galliarum Rex, cum Matthi-
 am Hungariæ Regem Friderico Im-
 peratori bellum inferre intelligeret, mis-
 so ad eum Oratore firmum, ac constans
 fœdus cum eo inire nitebatur, eo fine,
 ut, dum Imperator, & Maximilianus Rex
 Romanorum gemino bello, eoque in diver-
 sis Flandriæ & Austriæ regionibus inchoa-
 to distraherentur, neuter alteri suppetias
 ferre posset. Matthias, dum Engburgum Au-
 striæ oppidum expugnabat, de proximo
 Gallici Oratoris adventu certior reddeba-
 tur, unde quantocius eidem cunctos Proce-
 res, ac Prælatos, qui tum ejus latera stipa-
 bant, obviam procedere jussit; ipse ve-
 ro Legatum singulari pompa exce-
 ptum ad suum alloquium admisit, denique
 fœde-

soedere utrinque inito , eidem magnis Sæcul. XV.
 muneribus aucto abeundi veniam conces- A C. 1487.
 fit, simul vero Joannem Episcopum Va-
 radinensem ad prædictum soedus firman-
 dum , velut amicitiae testem in Gallias
 ad Carolum legavit. Hic idem Episco-
 pus in mandatis quoque habuit, ut Du-
 quis Mediolanensis sororem Joanni Corvi-
 no Matthiæ , qui nullos legitimos habe-
 bat liberos , spurio filio desponsaret, ac
 pariter Zizimum Bajazetis Turcarum Im-
 peratoris Fratrem a Galliarum Rege im-
 petraret, ut sub illius nomine Matthias
 Turcam graviori, quam antea bello, me-
 tuque afficeret. Verum in hoc Gallia-
 rum Rex Matthiæ votis cedere haud po- *Falignii*
 terat, eoquod jamjam Zizimum Pontifi- *hist. Carol.*
 ci promisisset. Ceterum rara erat hujus
 Legati magnificentia ; quippe trecentos
 imprimis ducebat ejusdem coloris ac ma-
 gnitudinis equos , quibus totidem ju-
 venes ex universis Nobilium ordinibus
 delecti, & toga, purpureoque habitu in-
 signes, vehebantur. Istorum capita gem-
 matis fertis obducta . ac colla pretiosis
 torquibus ornata superbiebant.

§. LXXV.

Carolinae Cypri Reginæ obitus.

Hoc anno Carolina Cypri Regina , cuius *An. Sylv.*
 Parentes erant Joannes III. ejusdem *Asia cap. 97.*

Z 3

nomi-